

Orléans (descripsit Hirschfeld). — 1) A. 275 (?). Tribunicia potestas septima Aureliani quomodo explicanda sit non liquet; invenitur etiam in nummis, non solum una cum cos. III sed etiam cum cos. II (Eckhel 7, 481). Nummi quoque Alexandrini et ipsius Aureliani et coniugis eius Severinae extant cusi anno Aureliani septimo (Eckhel 7, 485, 488; Sallet Daten der alexandr. Kaisermünzen p. 81.82). — 2) IM litteras certas esse nec quicquam amplius legi in lapide, ait Hirschfeld.

582 imp. Caes. | Luc. Dom. | Aureliano | P. Fel. inv. | Aug. pont. max., | Germ. max., | Gutico max., | Car. max., | pro V inp. | III¹, cos., p. p. | XXXVIII.

Ad Rhodanum inter Valentiam et Viennam ad vicum Tain, lapis viae Lugduno Arelate ducentis (XII 5548 vidit Hirschfeld). — 1) Sic lapis, quadratarum culpa corruptus.

583 Herculi | Aug., | consorti | d. n. | Aureliani | invicti Augus[t]i., | res pub. Pis. | cura agente | C. Iulio Prisciano v. e. | duc.¹ cur. re. p. Pis. et Fan. p. m.²

Pisauri (Orell. 1034 descr. Bormann). — 1) Viro egregio ducenario cf. Eph. ep. 5 p. 125. — 2) p. m. non intellego.

584 deo Bono pu[er]o¹, pro salu[te] d. n. L. Domi[ti] Aureliani | P. F. inv. Aug., | M. Aurel. For[tunatus] v. e., | praef. leg. III | Aug. Aurelia[nae], et Aelia | Optata c. f. | con., v. ss. l. a.

Lambaesi (VIII 2665 vidit Wilmanns). — 1) Eidem deo dedicati sunt tituli III 875. 1150 seq.

585 deo Aureli[ano]¹ r. p. c. | Tu.²

Thubursici Numidarum (VIII 4877 descripta a solo Masqueray). — 1) Sic appellatus, ut monuit Mo., Aurelianus etiam vivus. Extant nummi inscripti deo et domino nostro Aureliano Aug., deo et domino nato Aureliano Aug. (Eckhel 7, 482). Ex titulis similis est Saguntinus II 3852. — 2) Res publica coloniae Thubursicitanae.

586 balnea | ex disciplin[a] d. n. | L. Domiti Aur[eliani in]victi Aug.¹ po[st] longam | seriem ann[orum resti]tuit | Q. Aemilius Victo[r] | Saxonianus.

Saponariae in Lucania, ubi fuit Grumentum (X 222, semel descripta sed accurate). — 1) Mommseno videtur pertinere ad severiorem balneorum disciplinam Romae ab Aureliano reductam; confert idem quae leguntur in vita Aureliani c. 45: thermas in Transtiberina regione Aurelianus facere paravit hiemales, quod aquae frigidioris copia illic deesset.

587 Ulpiae Se[verinae] | Aug., | coniugi d. n. invicti | Aureliani Aug. Allifis (IX 2327 aliquoties descripta saeculo superiore).

588 imp. C. | M. Cl. Tacito | P. F. in[victo] | Aug.

In parte Britanniae quae dicitur Wales, prope Dynevor, lapis miliarius ut videtur (Eph. ep. 3, 117).

589 fortissimo | imp. et paca[t]ori urbis¹ | M. Claudio | Tacito Pi[o] Felice Aug. | n.² | LXXXVIII.